

nandi, ejus demum multiplex ratio; non enim physicum solum est, sed etiam morale: istudque non naturale modo, verum et supernaturale, cum homo ex gratuito beneficio ad statum supernaturalem elevatus sit, ut fides docet. Inde facile omnes argumentos labefactantur; ferre enim aut ex parte ad totum concludunt, aut media a fine separant, inquit illis, quae huic propria est, perfectionem requirunt. Inde omnes hujus universi eventus, qui in aliqua hypothesi iestam habere causam possunt, ab omni iniuritate vindicantur; nam firmissime opinandum est, eos hoc ipso solum, quod constringat, justissimam causam habere. Jam vero si ipsi homines, ac mutui philosophi nihil ad hoc usque tempus attulissent, quod non in certa quampli hypothesi aequissum esse queat: uno igitur ictu nodus omnis praeciditur. Vida Hocki (Rel. nat. et rev. princ. t. 1. theo. nat. s. 3. de provid. Dei pag. 141.), item Butlerum (Analogy of relig. nat. ande rev. etc.). Alterum est, Deum, ut jam saepem monimus, in procreatione hujus universi eam sibi praecepit pro fini praeftissima perfectionum suorum moralium manifestationem, quae per actus creaturam liberos, et moraliter honestos comparatur, eamdemque in ejus conservatione, et gubernatione constanter intenders. Hinc omnis pulchritudo materialis corporum mundanorum, omnis bonum temporum longe inferiore loco constitendum, atque ut medium duxat ad nobilissimum illum faem considerandum est. Cum igitur intelligentia nostra eo se non porrigit, ut clare pervideat, quomodo omnes hujus mundi eventus, omnia mala physica, quin et moralia ad actus moraliter honestos concurrant, temerarium est contra divinam providentiam judicium ferre.

SECTIO IV.

DE RELIGIONE.

QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

LXXXVI. Supremi Numinis agnitione aucto deo cum gravissima vera ipsum Religionis colendi obligatione copulatur, ut ego eum metaphysicum, qui de dignissimo hoc argumento aut tacet omnino, aut extrema duxat cursum delibat, magno partibus suis opere deesse arbitretur. Quare ne justa in me quoque reprehensione cadat, operam dabo, ut quantum praestituta operi brevitas admittit, ea principia stabiliam, quibus teneriores praesertim animi imbuti numquam se proacassimis minutorum philosophorum diceris a recto trahite abduci sinant. Hac porro in re ita versabor, ut primus de Religione generati, et nominati deinde de Religione naturali, tum de revelatione, demum de Christiana, sola ratione naturali in subsidium vocata, acturus sim.

ARGUMENTUM ISTUD AD METAPHYSICAM PERTINET.

Schol. Querentur fortasse nonnulli, me in sacrorioris theologie se-

pita irrumpere; abs enim vero. Ego sic existimo: nihil a Philosophia alienum esse, quod ratione naturali demonstrari queat. Nemo certe operam, quam philosophi in atheismo, ac deismo refellendo locant, jure reprehenderent: cur igitur naturalismi, et superstitionis confutatio ipsis criminis detur? Habet suos, non infelios, philosophia limites; habet quoque theologia: verum sunt quedam disputationum argumenta utriusque communia, in quibus extra limitum confusionem versari possunt, si modo propriis unaquaqueque principiis utantur. Quid quod magna eorum pars, qui philosophicis institutionibus animis imbunt, illud subinde viras genus amplificatur, in quo theologicis lucubrationes evolventi nec otium nec occasio suppetit? Anne igitur hoc omni subtillo vacuos relinquimus? Nonne illi sunt, qui prae ceteris egere videntur, quod frequentius convicia, quae impii in castissimam Religionem jacint, audire coguntur; quod virulentas Voltairii, Rousseauii, aliorumque Epicureorum abortus sua ipsi manibus non sine magno salutis discrimine terunt? Denique istos veritatis inimicos nulla re magis, ac specioso philosophi titulo gloriari quis ignorat? Certe unam hanc esse, sanamque philosophandi rationem inopudentissime pronunciant, quare turpisissimam philosophiam macram incurrunt. Jam vero cujus, quæso, est eadem abstergere? Cupa blatum philosophiae honorem vindicare? Non alterius sane, quam philosophi, qui solus impiorum dogmatum cum ratione pugnam patefacere potest.

C A P U T I.

De Religione Generatim.

QUID RELIGIO ET SUPERSTITIO?

LXXXVII. Religio est cultus summi amoris, obsequii, ac servitutis ei, cui debetur, praestitius. Superstitio est vitiosus id genus cultus: vitum vero istud vel ex falsis de natura, colenda opinionibus, vel ex absurdis colendi ritibus, vel demum ex ipsa rei cuitas natura profici petet.

Schol. Verum etiam majores nostri, inquit Tullius (De nat. D. c. 2. l. 19.), superstitionem a religione separaverunt. Num qui totos dies precabantur, et immolabant, ut sui liberi superstites essent, superstitionis sunt appellari, quod nomen postea latius patuit. Qui autem omnia, quae ad Deorum cultum pertinerent, diligenter retractarent, et tamquam relegerebant, sunt dicti religiosi exarlegendi, ut elegantes exarlegendi; tamquam a diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes: his enim in verbis omnibus intestis vis legendi eadem, quae in religioso. Ita factum est in superstitionis, et religioso, alterum illi nomine, alterum laudis. Lactantius (Inst. divin. l. 3. c. 11.) tamen a religando dictum putat religionem, quod vinculo religio. Deo religemur, sive obstringamus.

Storzenau Metaph. Lib. IV.

QUAE RELIGIONIS PARTES?

LXXXVIII. Religio duabus quasi partibus constat; *theoretica*, ad quam recte de natura colenda opiniones: *practica*, ad quam operationes secundum eas opiniones exercendas pertinent. *Schol.* Theoretica basis est, et fundamentum practicas. *Praeclarus Simplicius in Epictetum:* *Religionis erga Deos immortales praecipuum illud scito esse rectas de eis habere opiniones, ut sensas et esse eos, et bene, justeque administrare universa.*

QUID RELIGIO INTERNA, ET EXTERNA?

LXXXIX. Practica religionis pars vel *interna* est, quae tota interni animi acitibus absorbitur; vel *externa*, quae ritus externos, signaque sensibilia, quibus internus mentis cultus patefat, postulat.

RELIGIO DEO DEBEtur — EXTERNA QUOCUM.

XC. *Religio Deo debetur.* Enti infinite bono, ac perfecto sumimus amor; beneficissimo omnium rerum gubernatori, nostrique amantissimo parenti summum obsequium; creanti, conservantique omnia; atque aucto supremo Domino, ac imperanti summa servitus debetur; sed ens istud Deus est; Deo igitur summus amor, summum obsequium, summa servitus debetur; atqui his religio constitutur (§. 88.); ergo religio debetur.

Coroll. Obligatio itaque religionis in ipsa natura Dei perfectissima, et essentiali creaturarum ab ipso dependentia fundatur. Cumque haec ratio in solo Deo insit, etiam soli ipsi religio debetur.

Schol. *Praeclarus Phil.* Mornaeus (*De ver. rel. ch. c. 20.*) *Minimus inter homines esse colligat,* et illico inferet parenti obsequium, beneficio domino fidem, gubernatori invocationem deberi. *Haec necessario se consequuntur;* Deus, subditus, servitum; donator, acceptor, gratiarum actio; creditor, debitor, obligatio. Nonne natura due parentibus, amicis, propinquis, principibus, aliquisque hominibus vel pietate, vel eruditione, vel potestate conspicuus reverentiam, amorem, pietatem, cultum denique exhibemus, et id communem omnium parenti, summo domino non praestabilitus? Quare rationem, ipsamque humanitatem exisse considerunt, qui imprudenter contendunt ipsa ratione lumine non edocere, et supradictum nullum patens cultum ab hominibus exposceri. Sed pauciores hi quidem sunt (*Le philosophe pag. 113.*); plures cum Rousseau (*Czechis, de l'honneur homm. p. 6.* sive *Emile t. 3. p. 124.*) Religionem Deo debitam ad actus solum internos restrainingunt, contra quos ajo.

XCI. *Religio quoque externa Deo debetur.* Deus eamdem in corpus nostrum, quam in animam potestatem habet, nosque ab illo non minus quod corpus, quam quod animam dependens: igitur siue necesse est, ut dependentiam animae acitibus ipsius internis testifemur, ita quoque dependentiam corporis acitibus ipsius externis testatam faciamus, oportet; atqui si ita sit, in aperio est Religionem quoque externam Deo deberi: igitur debetur Deo Religio externa.

De Religione Generatim.

327

Schol. Totius nimur homo, id est, totum illud compositum, quod ex anima, et corpore coalescit, perfectissime. Deo subiectur: igitur subiectio isthac actibus hominis contestanda est; sed ad actus hominis non interni modo, qui animae sunt; sed etiam externi, qui corporis, pertinent: Deos itaque tam interni, quae externi actibus colendus est. Hinc dici minime potest eum, qui corporis a Deo dependentiam interne in sua mente agnoscit, ac profiteatur, jam per hos ipsos actus eandem satis contestari; nam haec contestatio fieri debet per actus illius, quod dependet: certe eam ob causam dependentiam nostras voluntatis a Deo non satis per solum actum intellectus contestamus; sed necessarius praeterea est ipsis voluntatis actus (*Les meurs p. 1. c. 3. pag. 56.*): igitur neque dependentiam corporis per solos animae actus satis profitemur. Putidissimum itaque mentitus est, qui non modo omnem cultus externi necessitatibus sustulit, verum et inscute pronunciavit, eundem interno quam maxime notuisse; antiquos patriarchas intra annum duxat Deus coluisse; ritus externos recentius inventos, atque ab iudeis in consuetudinem abundantibus religionem internam penitus abstinuit fuisse (*Encyclopedie art. Ceremon. t. 1. pag. 827.*). Similiter inepti, qui docet, ritus externos, ac caeremonias partem quidem illius religionis constituere, quae plebi proprias sit, non item, quae philosophorum; quasi vero aliis sit plebis, aliis philosophorum Deus: sed non vacat has ineptias multis refutare, quae rite inspectas per se concidunt. Vide la religion vengée (*Tom. 1. lett. 24. tom. 1. lett. 16.*).

QUIN HYPOCRITISMUS?

Porro ut Religionem internam comitari externa debet; ita haec siue illa adeo consistere non potest, ut in turpissimum simulationis vitium abeat; actiones enim externae de se indiferentes sunt, omnemque, qua gaudere possunt, pietatem ab internis mutantur. Inde igitur *Hypocratismus*, quo nomine illorum error venit, qui neglecta animi, cordisque cultura toti sunt in exercendis, ac commendandis externis cultus divini actionibus. Quamquam ferre saepius alia adhuc foedior doctrina hoc vocabulo notatur; sunt nempe, qui putent citra illum crimen externe simulari posse religionem quaeunque, si modo in animo vera retineantur; quia prudenter poscere, ut quis ritus, ac caeremonias in ea, qua degit, provincia, usitatis sectetur, iudeaque personam inter iudeos, mahometani inter mahometanos, et cur nos etiam idololatrias inter idololatras sustinet. Quid interest, ajunt (*Lett. cabalist. t. 7. p. 113.*), ut homines decipiatur, cum decipi velint? quod crimen esse potest, cum quis ob violentiam sibi illatum id externe agit, quod in animo detestatur? At vero si omnis similitud pessima, certe ea multo est maxime, quae in negotio religionis admittitur. Pierine potest, ut Deus infinite sapiens, ac veras veritatem, et mendacium aequaliter approbat?

DRUS DEQUIT NOS HAC OBLIGATIONE ABSOLVERE.

XCII. Deus homines obligatio religiosis absolvere nullo patito potest. Obligatio haec in ipsa Dei natura perfectissima, ac essentiali creaturarum dependens fundatur (*§. 90. cor.*); sed horum nihil tolli potest: igitur nec religiosis obligatio; ac proinde nequit nisi homines ea obligatione absolvere, neque huc suo iuri cedere. **Coroll.** Nullus itaque hominum, sive ab omni humana societate removetus vivat, sive in republica existat, a suavi religionis onere immunitis est.

QUID POLITICISAVIT?

Schol. Turpissime igitur aberravit Nicolai Machiavelli nefandi politicis auctor: docuit ille in libro (*Il Principe*) sub finem saeculi quinti decimi edito religionem politiam, ut apud duxat causa retinendam, tanquam ea utendum esse, quantum ad statutus reipublicae externi gubernationem necessarium videatur; adit scilicet religionis vinculis subditos solum, non vero imperantes stringi. At vero quae potest esse opinio reipublicae magis noxia? fingamus enim vero ita esse: poterit arcuum istud ita recordi, ut ne in vulgo, in quo saepè actiora quoque ingenia latent, emanet? quid vero tum? anne subjecti religione se stringi patientur, qua principes sollos esse soverint? sublata autem religione num debitam imperantibus obediunt, ac reverentibus praestabunt? num mutua charitatis officia ad communem bonum summa necessaria exhibebunt? num infirmiores ab oculis, potentiores ab aperitis etiam, et publicis sceleribus se abstinebunt? Profecto ad commune societatis humanae bonum utrumque similiter necessarium est, ut et subdili metu supremi scelerum vindicis principis obtemperent, et principes eodem motivo impulsi subditos suis benigni, ac suaviter parentes instar gubernent. Sed quid iam illi faciemus, qui cum Epicureis (*De nat. rer. l. 2. c. 45. seqq.*; *Hobbes-Lertiait. c. 10.* - *Dé civ. c. 12.* - *L'esprit. des loix p. 94.* - *Rouss.-Emil. t. 3. p. 182.*), quorum olim causam Lucretius egit, clamitant religione humanum genus, societates, respublicas, urbans; proli patriam, parentes; innumera suscipi bella; magistratus in subditis iura; horum erga ipsos offendientiam minus; aeternorum prae-miiorum spe frangi legum civium robur; efflarci homines, crudelissimeque in dissentientibus saevire? Verum quam longe haec a vero absint, quis non videt, qui aliquid vide? Pone rempublicam, omni religione destitutam, pone cives nulla Dei, immortalitatis, praemiorum, poenarumque aeternarum cognitione imbutos; primù nulla erit virtus, ac virtutis recta notio, nulla lex, nisi qua potenter infirmorum opprimit, id erit iustum, quod validus, honestus, quod cupiditas, quod vis usus erit; quod ira, sua cuiusvis utilitas, proprium commodum honesti, ac dishonesti, justi, ac injus-ti mensuram constituet. Deinde qui adversis jactantur, quo con-fugient? unde solatum petent? plura iuto facile erues (*conf. §. 19.*

De Religione Generatim.

329

et psych. §. 248, sch. n. 4. §. 263, sch. r. n. 6.). Adeo igitur religione res publica non perturbatur, ut potius sine illa consistere prius nequeat; nee unquam major est singulorum; et omnium felicitas, quam cum religionis studio maxime fervet. *Vid. Caelwod. Ithum cum notis Moshepii (*Syst. intell. c. 5. sect. 5. §. 8. seqq.*).*

QUID RELIGIO NATURALIS AC REVELATA?

XCI. Religio rursus vel *naturalis* est, vel *revelata*: illa ea solum complectitur, quae rationis naturalis opere investigare, et cognoscere possumus; haec, quae limitatae nostrae rationi impervia sunt, et singulare quoddam modo a Deo nobis revelantur.

Schol. Cum duplum dixerimus, religionis partem esse: alteram theoreticam, alteram practicam (*§. 82.*) singulari jam ad ipsum applicando facile patebit, ad partem theoreticam religionis naturalis pertinet, quae in psychologia de natura, libertate, ac immortalitate animi humani, tamque de existentiâ Dei, ejusque attributis, et operationibus in theologia demonstrata sunt: ad practicam vero praecepta juris naturae, quae a philosophis moralibus explicantur. Religionis autem revelatae pars theoretica continet sublimissimas veritates de SS. Trinitate, incarnatione, ac morte Fili Dei, elevatione hominis ad statum supernaturem, et reliquas, quas Dei ipsis admotu novimus; practica deinde praeceptis morum positivis, consiliisque ab ipso Christo Servatore promulgatis absolvitur. Atque ex his colliguntur in religionis naturalis parte theoretica scientiam, et practica praecepta necessaria; in religionis revelatae parte theoretica fidem, et practica praecepta libera contineri. Sed jam de utraque seorsum agemus, quantum ad philosophiam pertinet.

C A P U T II.

De Religione Naturali.

RELIGIO NATURALIS EXSTAT - QUAER FAESA BASE NEQUIT.

XCIV. Exstat religio *naturalis*. Extant siquidem veritates de Deo, animaque humana naturaliter cognoscendas; extant quoque praecepta morum inde naturaliter promanantia, queaque Deo infinite sepiens, ac bonus, et ab omnibus observant, velle debet; sed his duobus religio *naturalis* absolvitur (*§. praece.*): exstat itaque religio *naturalis*.

Schol. Certe cum religio quedam Deo debeat (*§. 90.*) (*L'esprit.*), eam primo loco naturaliter esse perspicuum est, ac proinde isdem rationibus, quibus haec obligatio ostenditur, existentia simul religionis naturalis demonstratur. Fuerunt tamen, quod mirari, et sunt, qui eamdem funditus eam vellent; illi primum, qui cum Epicuro Deum otio corpore, nequiliam rerum humanarum curam gerere censerunt; tum illi, qui cum Hobbesio, ac ruptero pestilentissimi libri auctore aeternum justi, iusti que disertione susti-

lerunt, nihilque, nisi positiva hominum voluntate, honestum, aut in honestum esse contenderunt.

XCV. *Religio naturalis falsa esse nequit.* Nihil aliud religio naturalis complectitur, seu scienda solum, seu agenda quoque species, nisi quae docti rationis cognosci possunt (§. 93.); sed, quae ratione cognoscuntur, falsa esse nequeunt (psych. §. 72.): igitur religio naturalis falsa esse nequit.

QUID NATURALISMUS?

Schol. Id iam magna contentione inter philosophos agitatur, utrum religio haec naturalis adeo in se perfecta, ac completa sit, ut sola ad verum Dei cultum, veramque hominis beatitudinem comparandam sufficiat; utrum vero aliam praeter ea Deo manifestari neceſſe fuerit. Et quamquam saniores omnes facile consentiant, ita tamen, qui nostra haec aetate philosophi nomine, quo quam indig-
nissimi sunt, potissimum gloriantur, acriter se opponunt; audias ipsos rationem humana miris laudibus effervescere, religionis natura-
lis praestantiam, ac perfectionem celebrare; quo vero fine? an ut
eam sequantur? minime quidem: sed ut revelatum primum, tum
et illam funditus eventant. Impietatis hujus duces fere sunt Tindala-
(*Christianus, as old, as the creation.*), Rousseau's (*Cate-
chisme de l'honnête homme.*), Voltaire's (*Henriade p. 312.*),
aliique (*L'oracle des anci fid. Des moeurs. Le cod. de la nat.
E'Esprit.*), quorum abominiandi partus rogo, nomina eterna
oblivione digni sunt. Ceterum error hic recte naturalismus, ejus-
que fautores *naturalistae* dicuntur, quantumvis a multis deitatis
vocari soleant; sed hi diversas res in unum confundunt: deistarum
quippe nomenclatio illis vero sensu tribuenda est, qui cum Dei,
quem tamen existere statuant, providentia religionem ipsam na-
turelum tollunt (*q. 84. sch.*): ut adeo sint distincti, ac extre-
mi omnis impietatis gradus, *naturalismus, deismus, atheismus.*
Ridiculum est, quod cum comite Schafftsburia auctor impi operis
(*Le philos. moral. discours prelimin. pag. 22.*) contendit, *Dei-*
*stam eum dii oportere, qui ut Deum, et religionem naturalem
prosternit, ita revelatae aperte incutiat; Theistam vero, qui*
admissa Dei, et religionis naturalis existentia paratus, prompu-
*tes est ad religionem quoque revelatam amplectendam, ubi ea si-*bi demonstrata fuerit. Sed quidquid de hoc sit; ego jam istud
et solidis rationibus commonestrum religionem naturalem*
*se sola admulcere infirmam, ac incompletam esse.**

RATIO SOLA ALIQUAS VERITATES DIFFICILLIME PERSPICIT — ALIQUAS PLANE
NON PERSPICIT.

XCVI. *Ratio naturalis sibi relicta aliquas veritates ad completam religionem pertinentes difficillime perspicit. Sunt certe inter veritates completam religionem constituentes nonnullae admodum sublimes, ab oculorum consuetudine remotissimae; contraria praejudicij, quae ab ipsa infanta plurimorum mentes occupa-*

verunt, oppositae depravatis animi affectionibus, quibus passim homines abipiuntur, pugnantes cum malis, inveniaturisque habitibus: sunt eae praeterea quad modum potissimum obscurentur, ac vel deinde obiectum fore inenarrabilis expositum: ad harum denique cognitionem opus est indefessa industria, applicatione seria, et avocatione mentis ab illis, quae sensu sufficient, longissima, et exercitatis quoque persæpe difficulti rationis ratione connexione: sed id genus veritate, a ratione naturali sibi relicta difficultate perspicere nemo est, qui ignorat: igitur ratio naturalis sibi relicta auctoritas veritatis ad completam religionem pertinentes difficultates perspicit.

Schol.: Iusmodi veritates sunt de natura, et attributis Dei praesertim aeternitate, immensitate, bonitate, de origine mali, de oru mundi, de anima hominis, denique ejus fine, libertate, ac beatitate: certa has, et similes alias veritates difficultime ratione sola decepti posse argumento sunt gravissimi errores, in quos veteres philosophi etiam clarissimi prolapsi sunt; nam ad hunc aetatem regredi oportet, cum constituentium est, quid ratio sibi relata in religionis negotio valeat. Aeternitatem mundi, aut salem materiae propaginari fere omnes; Deum ali corporeum, ali spiritualem, sed facto subiectum, ali velut animam per totum mundum diffusam constituerunt. Quid deinde in moralibus? nonne in voluntate ali, illi, in sola virtute, ali in aliis rebus absurdissimam veram hominis beatitudinem quaevisserunt? quam diversas, et absonas de eo, quod justum, injustum, honestum, aut turpe sit, opiniones fuerunt? Lycurgus per suas leges uxores communes esse voluit; Plato brietatem in Bachi feni licetam contendit; lascivas imagines cum deos, deae referunt, probavit Aristoteles; ipse Solon Athenis templum impulico amori consecravit. Videatur Genuensis in *Eleem.* met. p. 3, prop. 30. sch. §. 8, seqq., qui similes errores complices antiquorum sapientium operose collegit. Sed necesse non est, ut vetustissimum temporum memoriam studiosius reclamus; minuti nostrae aetas philosphi suo nos exemplo satis docent, quam prouis sit in gravissimos errores lapsus, cuius contemptu Revelatione, sola ratione nititur; non quod ipsa per se quampli in errorem inducat; sed quod usus illius in quibusdam veritatis investigandis sit difficilimus.

XCVII. *Ratio naturalis sibi relicta aliquas veritates ad completam religionem pertinentes perspicere plane non potest. Imprimis enim, cum Deus cultu quoque externo coli debeat (§. 9.), pertinet ad religionem completam determinatio rituum externorum, quibus Deus ea, quae ipsis placet, ratione colatur. Deinde necesse quoque est, ut modus, quo sclera commissa expiatur, divinaque iustitia placetur, liquido constet, si quidem crimina condonare velit; atque neutrum a ratione naturali sibi relicta perspicci posse in confessio esto: ergo ratio naturalis sibi relicta aliquas veritates ad completam religionem pertinentes perspicere plane non potest.*

pletam religionem pertinere dubitari nequit; hoc enim ignoratio vera in Deo infinite boni spes collocari non potest, sed omnino da salute sua desperandum fore illi, qui vel unum juris naturae praecipuum transgressus fuisset. Jam vero istud est, in quo ratio sibi relata prorsus caligat. Veteres philosophi considerata summa Dei bonitate, ac misericordia ad magnam quidem fiduciam excitabantur, firmiterque sibi persuadebant exstare quoddam reconciliationis medium; verum quod, qualeque illud sit, penitus ignorabant. Et sane, quomodo certo sciiri possit paratum esse Deum ad ignoscendum, cum peccator delictum retractando ad ipsum reveratur, nisi illi istud revelet? quamvis enim fortasse congruentia quae piam hæc in re eluceat, certitudine tamen non elicit. Eadem ratio, quæ una ex parte Dei bonitatem, clementiam, longanimitatem in tollerandis delictis exhibet; exhibet enī altera parte summam ejus justitiam, quæ aliquid praeter meram retractionem quantulacumque satisfactionis loco postulare videtur. Hinc itum olim ad omnia sacrificia generis expiatoria; hinc humano saepe sanguine Deo littatum: verum sapientiores haec adeo non probarunt, ut etiam plam prosterrentur, optare se, ut quis veniat, a quo de ratione placandi divinam justitiam eruditentur, quod infra clarius ostendam; legatus Clarkius (*Trait. de l'exist. etc. t. 2. ch. 10.*). Similiter, quod ad ritus, ac ceremonias, sim quibus cultus exterius non consistit, attinet, ratione sola numquam certo sciiri potest, qui eorum Deo sint acceptissimi. Inde vero propter, bonique perpetua cura angerentur, num ritus a se electus Deo placeat; et prout diversæ sunt de natura Dei opiniones, ita diversi inter homines ritus obtinerent, quæ causa foret gravissimum odiorum, discordiarum, bellorum; nam hic quoque locum habet quod Juvenalis ait (*Satyr. 15.*): numina vicinorum odifueruntque locus, cum solos credat habendos esse Deos, quos ipsi colit.

RATIO NON Satis IMPELLIT VOLUNTATEM.

XCVIII. Ratio naturalis sibi relata non satis efficaciter voluntatem ad actiones veritatis cognitis consentaneas impellit. Voluntas nostra in vita variis genitibus prornissa est, virtutis vero exercitium perquam arduum, praesertim cum eam egestas, contempnus, persecutio comitur; bona sensibus propria longe vehementius nos alienunt, quam quæ solo intellectu attingimus, praesentia que magis absentibus timemus, aut amamus, sceleris felicissimos saepe progressus habere cernimus; cupiditatibus, pravisque animi mactibus incitati fere agimus, quidquid agimus; perraro rectae opiniones actiones nostras moderantur, et cum meliora videamus, deteriora sequimur; atqui ratio naturalis sibi relata his malis oppositum medicinam minime adferit: igitur ratio naturalis sibi relata non satis efficaciter voluntatem ad actiones veritatis cognitis consentaneas impellit.

Schol. Sed nihil magis, quam constans omnium temporum experientia hanc veritatem confirmat. Clarissimi philosophi, qui saniores

præ caeteris deo, anima, moribus opiniones fovere videbantur, vitii tamen doctrinæ suaé quam maxime oppositos adeo insueverunt, ut cum dissidentes audires; deos: cum agentes videbentes, bellous putares (*Essai sur les philosophes De leg. 4. 2.*). Socrates mortuus jubet gallum; Esculapio immolar; Plato, cum copiose de supremo Deo, ejusque cultu dissertaret, paullo post daemones, et genios adorari jubet; Cicerō, eti Deorum, et atq[ui]riorum vanitatem, haruspicumque fraudes optime intelligeret, ut miraretur etiam, quod haruspex haruspicum videns non rideret (*De div. l. 2. c. 24.*); acceptos tamen a patribus Deos coli voluit, nec illud ex institutis ponitum, et haruspicum mutandum esse, quibus hostiis immolandum cuique Deo; jure (*De leg. l. 1. c. 10. Ib. c. 12. Div. Instr. l. 2.*) proprietas a Lactantio reprehensus; video te, Cicerō, terrena, et manfacta venerari; vana esse intelligi, et tamen eadem faciis, quæ faciunt ipsi, quos ipse stultissimos conscripsit.

Nolo commemorare alia, ac praesertim carnis turpissima vita, a quibus illorum temporum sapientum nemo unus, ne Trajanus quidem, Hadrianus, M. Aelius, quorum probatam Martonelius (*Belli sacrae 15.*) cum Voltalio (*Poem. sur la rel. nat.*) et Christianis virtutibus anteponit, et coelo dignam prononciavit, immunes fuerunt. Certe adeo parum sola ratio in actiones valuit, ut Juvenalis (*Sat. 13.*) sua aetate virtus probum, et honestum innaturae portentis numeraverit: *Egregium, ait, sanctumque virum si cerno, bimembri hoc monstrum puer, vel miranu sub aratro piscibus inventus, aut fetice comparo muliae.* Ut adeo verissime Tullius scripsit (*Og. tusc. l. 2. c. 4.*): *Sed haec eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, a quibus inventa, disputata, conscripta sunt? quotus enim quisque philosophorum inventur, qui sit ita moralis, ita animo, ac vita constitutus, ut ratio poscular? qui disciplinam suam non ostentatione scientiae, sed legem viræ pater? qui obtemperet ipsi sibi, et decretis suis pareat? videre licet alios tantadertate, et iactatione, eis ut fuerit non dicideat melius; alios pecuniae cupidos, gloriae nonnullos, multos libidinum servos, ut cum eorum vita intrabiliter pugnet ratio. Qued quidem mihi videtur turpissimum — sic philosophus in ratione vitae peccans, hoc turpior est; quod in officio, cuius magister esse vult, labitur, artemque vitae professus delinquit in vita.* Argumenti huius vis ipsum Rousseauum velut sui oblitum, cum vel maxime religionis naturalis praestantium extolleret, exclamare cogit (*Emil. l. 3. p. 1. 7.*): *on a beau volonté établir la vertu par la raison; une quelle solide base peut-on lui donner? Philosophie, tes loix morales sont fort belles, mais montre-m'en des gracie, la sanction.* Quod quidem in auctore hoc non magnopere mirandum; nullaque quippe fere est pagina, in qua secum ipso non pugnat; ita falsitas, ac impietas numquam sibi constant.

Sed particularium haec fuisse hominum quorundam vitia contendet fortasse quispiam; ita sane: verum ut ducis ad exemplum subditos suos mores conformare solent; ita quoque haec sapientiorum vita in integras nationes diffusa, ac plurimum aucta fuerunt. Certe si populum, qui huius nullum revelationis lumen effusit, mores examineamus, facile deprehendimus, eos quoque, quorum civilis status sapientissima ceteroquin legibus regebatur, in scelera adeo infanda, in superstitionem adeo ridiculam, prouuisse, ut nisi res ea tanta testium nuba confirmaretur, credi nequaquam posset (*Discours sur l'histoir. univers.*, p. 10. c. 16.). Neque bellum his gentium moribus diuturnis temporis medicinam attulit, nam omnia haec crudelitatis, obscoenitatis, superstitionis que vita hodie adhuc in nationibus revelatione desitutis vigore agnivimus (*El. met.*, p. 3. prop. 29. sch. §. 12. seqq.). Patet itaque quam parum praesi- dili germana virtus in ratione naturali sibi relata inventari.

RELIGIO NATURALIS VULGO ACCOMMODATA NON EST — NISI ALIA INSTITUO ACcedat — QUAR A PHILOSOPHIA EXPECTARI NON POTEST.

XCIX. *Religio naturalis in se spectata vulgo, id est maximae hominum parti, accommodata non est.* Cum enim religio naturalis sola ratione nitatur (§. 93.), haecque complices veritates difficultime perspiciat (§. 96.), consequens est, ut religio istae magnam intelligentiam vim, sublime ratiocinium, attentionemque insigne posset; sed haec frusta in multitudine queruntur; in plebe enim pauci sunt, qui acri, pauciores, qui excitato ingenio polleant; pluri- mi laboribus domesticis, et privatis familiae curis ita obrountur, ut veritates paullo abstrusiores investigandi nec olim, nec animus sup- petat; omnes fere anticipatis opinionibus, ac distortis affectionibus ad judicia ferenda abripuntur; itaque praeceptor ad ipsius incububus lis solum, quae sensu incurvant, contemptandis assuecant, ut animus altius elevarer, ab oculorum consuetudine abducere, atque ad abstractas veritates applicare minime valeant; igitur religio naturalis in se spectata vulgo, id est, maximae hominum parti accom- modata non est.

Coroll. Ut itaque religio naturalis in genere humano rite excolatur, singulique homines singula tum divini cultus, tum vitae et privatae, et publicae officia norint, ac exsequantur, praepter rationem naturalem generalis quedam instituto, legisque naturalis promulgatio necessaria est.

C. *Haec universalis humani generis instituto a sola philo- phia proficii non potuit.* Duplicem ex Clarkio Hookius rationem adfert. Prior haec est; philosophia duce numquam potuit completa praeceptorum moralium collectio confici (*Rel. nat. et revel. princ.* c. 2. s. 4. de imp. et obsc. leg. nat. art. 1. prop. 2.); nulla enim se- cta omnia doctrinae moralis capita temnit; ipsae etiam illae, quae cer- teris sapientia antecellere videbantur, complura ignorarunt, saepè veris falsa admiscerunt, ac de ipsis etiam veritatisbus, quas alias ut

certissimas defenduntur, alias rursus dubitarunt. Altera ratio in eo sita est, quod qualiscumque illa praeceptorum summa, quam ex philosophorum scriptis conficeret lieisset, nequam vulgo per disputations philosophicas promulgari potuerit; nam neque erudiendi, utpote ingenio polissimum obtusi instructi, alisque negotiis occupati, philosophicas rationibus perspiciendo satis idonei erant; nec philosophi generis humani adeo amantes, ut arduum hunc in se laborem susciperent; quin potius alter publice docebant, alter privatim, et coram pauci disserbant; nec denique etiam ea polebant auctoritate, ut veri religionis, vitaque doctores a majori multitu- dinis parte agnoscerentur.

Schol. De veritatis etiam agantis philosophos nonnumquam rur- sus dubitantes luculentum lumen testimonium praebet, cum de ani- morum immortalitate, quam alias acerrime defendit (psych. §. 248. schol. n. 1.) disserentes ait (*Qq. tusc. l. 1. c. 9.*): *Ea, quae vis, ut potero explicabo: nec tamquam quasi Pythius Apollo certa ut sint, et fixa, quae dixerim; sed ut homunculus unus e multis, probabilia conjectura sequens.* Et paulo post (*Ib. c. 17.*): *Sed nescio; quomodo dum lego, assentior; cum posui librum, et mecum ipse de immortalitate animorum coepi cogitare, as- sensio omnis illa elabitur.* Auctoritatem docendi populis ipsis defuisse agnoscit Lactanius (*Dir. insti. l. 3. c. 27.*): *Nihil ne illi verisimile praecipitum immo permulta, et ad verum frequenter accedunt.* Sed nihil ponderis habent illa praecepta, quia sunt humana, et auctoritate majori, id est divina illa carent. *Nemo igitur credit, quia tam se hominem putat esse qui audiit, quam est ille qui praecipit.*

RELIGIO NATURALIS INFIRMA, ET INCOMPLETA EST.

CI. *Religio naturalis in se spectata infirma est, et incompleta.* Ratio naturalis sibi religia, qua religio naturalis unice nititur (§. 93.), nonnullas veritates ad completam religionem pertinentes difficilime (§. 96.), aliquas plane non perspicere potest (§. 97.); nec prae- terea satis est efficax, ut depravatum hominum voluntatem ad actiones cognitis veritatisbus consentaneas inficiat (§. 98.); unde fit, ut religio haec vulgo, id est, maximae hominum parti, accommodata non sit (§. 99.), nisi alia insuper universalis instituto accedat, quae ta- men a sola philosophia obtainiri nequit (§. praecc.); atqui haec omnia religionis infirmitatem, ac imperfectionem manifeste loquuntur; ergo religio naturalis in se spectata infirma est, ac incompleta.

Schol. At vero opponuntur se naturalistae cum Tindalo, et aucto- rebus *les mœurs*; rationem, ajunt, donum esse Dei, imperfectam proinde eam esse non posse: datum esse hominibus ad vitam recte instituendam, atque ad investiganda religionis officia. Verum contra manifestam experientiam nulla valet argutio: certum est in hoc, quo versamus, statu, rationem solam non esse nobis sufficien-

tem virtus ducem; quidquid sit de illo integratius statu, in quo ab Auctore optimo conditi sumus, et ex quo ab primi parentis peccatum excidimus, quod nos quidem ex fiduci certo novimus; non tamen ita veteres philosophos latuit, ut humani generis misericordiam considerantes non suspicarentur in commissorum delictorum poemam homines in hunc misericordiam statum detrusos esse. Neque tamen propterea ratio nostra aut imperfecta, aut inutilis dici potest: non illud; quia, quod ipsa bene adhibita ostendit, semper verum est, quamvis ea semper, et diu recte ut ob multiplicia impeditamenta moraliter impossibile sit; est igitur Dei donum suu in genere perfectum. Non alterum; non enim in negotio religionis etiam revelatae nihil agit: ratione siquidem oposuit ad inquirendam, et discerneniam credibilitatis motiva, nee videtur fieri potuisse, ut nobis ratione destitutus revelatio appliceretur. Denique rationem solam ad omnia religionis, ac vias officia investiganda hand sufficiere ipsi gentiles philosophi, quantumvis scientia sua inflati, optime perspexerunt; inde anxie desiderarunt, ut sibi a Deo, qui haec omnia alicunde exponat, quisquam submetteretur. Ita Plato de pietate disserens, qua major inter homines nihil esset doceat, ait (*In Epinomida*): *Docere eam neminem posse, nisi Deus, quasi dux, et magister praeuerterit.* Alias Socratem, perspecta rerum harum cognoscendaram summa difficultate, aut etiam impossibilitate, hortantem induxit, ut sapiens nihilominus pro viribus suis ad eam cognitionem contendat, ut si non ad certitudinem, ad summam saltem verisimilitudinem perveniat (*In Phaedone*): *Donec lumine aliquo clariori, aut ipsa Dei voce, quasi duce a rituum teste, probeque ducendam instituatur.* Sed multo elegantissimum est locus, ubi Socrates cum discipulo hunc in modum disserit (*In Alcidion. Dial. 2.*): *Alii Socrates; Consultissimum, quod praestare possumus, est; ut patienter expectemus: omnino expectare oportet, dum quis ventiat, qui nos officia erga Deum, et homines doceat.* Respondit Discipulus: *Quando aderit hora illa, et quis est, qui nos his in rebus instruas? vehementi hunc magistrum videndi desiderio teneor.* Socrat. *Illi, de quo agimus, eorum, quas ad te pertinent, curam habet; verum istud, mea quidem opinione, ea perfecti ratione, qua Minervam cum Diomedे egisse Homerus refert. Minervae nebulae Horredis oculis effusas disputit, quo factum est; ut ille restorans se positus discernere poterit. Ia necesse est, ut caligo illa densa intelligentiae tuae oculis offusa dispellatur, ut posthac oculis bonum a malo discernas, cui praestando par nondum es. Disc. O utinam ventiat! outinam has tenebras dissipet! Ego quantum in me est, ad omnia, quae füsserit, praestanda animo sum paratissimum, si modo melior, atque nunc sim, evadere possim.* Socrat. *Istud sane consilium ante arripere oportet, quam nos pericolo objiciamus ignorantem, utrum nostra sacrificia Deo placeant, an displiceant.* Disc. *Bonum igitur arbitris, cum dies*

ille adeverit, Deo latibulis in ejus bonitate confido fore, ut dies hic non procut abicit.

C A P U T III.

QUID REVELATIO?

CIL. *Revelatio, seu locutio Dei est actus, quo Deus immediate, ac per se sua cogitata hominibus manifestat.*

REVELATIO EST POSSIBILIS.

CIL. *Revelatio est possibilis.* Si revelatio non esset possibilis, id ideo foret, quod modus sua cogitata hominibus manifestandi Deo desit; sed id absque insigni temeritate asseri omnino non potest: quando enim Deus spiritibus suis utramque manifestare potest, quando efficere potest, ut spiritus pusum cum altero, homoque cum homine sensa interna communicare queat, cur ipsi desit modus hominibus immediate sua cogitata communicandi? Revelatio igitur possibilis est.

Schol. Numquam profecto vel verisimilibus argumentis revelationis possibiliter naturalistas impugnare voluerunt; quidquid adferunt, id ejusmodi est, ut eodem jure, quo ab ipsis assentir, a nobis negetur; et tamen argumentis evidenteribus, et invictis hic opus est; ait enim de eo, quod Deus possit, aut non possit praestare, potest autem omnia, quae repugnantiam non involvunt, quae dum demonstraret, pro omnipotenti standum est. Vid. Bufferus (*Expos. des preu. de la relig. p. 1. ch. 2. art. 2.*). Sed modum hunc ut distinet explicemus, a nobis postulatis; quasi vero vel eo ipso, quod modum, quo Deus hominibus quidam revelare possit, ignoramus jam nullum esse colligere licet. Anne Deum existere, mundum ab ipso ex nihilo creatum esse, et infinita id genus alia naturalista inficiuntur, propterque quod modum, quae ens ab omni aeternitate existit, aut quo aliquid ex nihilo educitur, distinet non perspicit? At ne dicamus: potest utique Deus singulari quadam ratione intellectum nostrum illustrare, ut simul eam illustrationem ab ipso provenire certo cognoscamus, quod antiqui foederis prophetis obtigit; potest Deus clara, et quae intelligi possit, voce voluntate suam declarare, ut Moysi olim ex rugo ardente, Christo in Jordane baptizato locutus est; potest Deus doctrinam ab homine proposita editi miraculis, velut sigillo suo, confirmare; potest denique Deus id ipsum innumeris aliis modis nobis omnino incognitis, praestare; quae enim Deus infinitus possit, singulatim enumerare ego finitus non possum; id tamen cerissime scio, plurima cum efficere posse, quae ego brevi mea intelligentia assequi minime possum.

QUID VESTAS NATURALIS ET SUPERNATURALIS.

CIV. *Vestis naturalis est, quae solius rationis naturalis administrculo, licet quandoque difficultus, cognosci potest, ut Deus existit. Su-*

pernaturalis autem, sive *mysterium*, quae rationis nostrae captum exasperat, ac proinde supra rationem (psychol. §. 71.) est, ut *Deus unus est, trinus in personis*.

VERITAS NATURALIS RÉVÉLARI POTEST.

CV. *Revelatio veritatum naturalium possibilis est.* Cum enim revelatio generatim accepta possibilis sit. (§. praece.,) non videtur ratio, cur nominatum veritatum naturalium revelatio repugnet, nisi forte quod otiosa sit, ac superflua; atque istud cogitari minime potest; multiplicem certe usum, ac utilitatem praesfat; haec enim illa est institutio generalis, qua totum genus humarum egreditur (§. 99. coll.), queaque ingens adjumentum tum rudibus ad ratiocinia paulo sublimiora texenda ineptis, tum sapientibus, ac philosophis ad evitandum in veritatum excelsiorum investigatione paralogismos suppediat; igitur veritatum quoque naturalium revelatio possibilis est.

Schol. 1. Argumentum istud eleganter Clarkius, et ex illo Hoorkius (*Trait. de l'exist.* etc. t. 2. c. 11. *Rel. nat. et rer. princi.* p. 21. s. 3. n. 1. p. 4.) penetrat. Imprimis revelatio est medium accommodatisimum ad homines in officiis religionis instituendos; nam ut nihil dicam de his, qui vel ingenii infirmitate, vel negotiore, familiaeque nutriendae curia a difficulti veritatis inquisitione prohibent, quales tamen plurimi omnino ex genere humano sunt; reliqui etiam ita fere comparati sunt, ut in vita sua rationibus plus testimonio viri auctoritatis praediti, quam suo ratiocinio tribuant, ac credere malint, quam ratiocinando anxiis in veritatem inquirent. Quid non igitur divinum efficiet testimonium? nonne clarus, brevius, perfectius ea docebit, quas ad religionem pertinent, quam ratio naturalis omni alio praesidio orbata? Certe plus illud valere, ac sublimissima philosophorum ratiocinia, facile intelligimus, si populus revelationis luce illustratos cum illis conferamus, qui vel hodie sunt, vel olim eadem destinati fuerunt: nomine rudisimi etiam de vulgo multo saniores deo, ejusque attributis, de futuri praemis, ac poenis ideas non habent, quam sapientissimi ex veteribus philosophis? Et his deinde magnum adferri adjumentum per veritatum naturalium revelationem dixi, et vere dixi; nam quantumcumque quis perspicax sit, facile tamen, et saepe in ratiocinando aberrat, nec etiam metaphysica demonstratio omnem semper anxietatem ex animo tollit, quod allatis exemplis supra commonestravi; his vero malis revelatio medetur. Unde queso est, quod promulgata jam revelatione philosophi etiant gentiles Maximus, Jamblychus, Porphyrius doctrinam morum magis purgatam tradiderint, quod in affirmanda Dei utilitate, anmorumque immortalitate minus titubaverint? quod hodierni etiam naturalistae in turpes adeo errores ratiocinando non probabant? certe non sola litterarum cultura, non major industria, aut intelligentiae perspicacitas istud efficit, ut ipsi quidem volunt; neque enim Socratem, Platonem, Aristotelem aut Ingenio, aut industria superant:

revelationi, quam ingrati respunt, meliorem hunc rationis adiectionem debent. Nempe non adeo arduum est veritatis per revelationem jam notarum cum ratione naturali cognitionem demonstrare; at eamdem primo invenerit id persaepe difficultum, saepè etiam moraliter impossibile. Denique revelatio veritatum naturalium eam habet auctoritatem adjunctam, quae philosophiae semper defuit, quaeque ad instaurandos hominum mores necessaria est; cum enim Deum locutum fuisse, suamque voluntatem manifestasse constat, multo efficacius animi ad difficilem virtutis exercitationem inflamantur.

OCURRITUR DUBITS.

Schol. 2. Dubitant tamen de horum veritate naturalistarum; tres potissimum rationes adferuntur. 1.) Ajunt, certius per rationem, quam per auctoritatem veritates cognoscet; cum illa certitudinem metaphysicam, haec duntaxat moralem pariat. 2.) Facilius veritatem ratione inventari, quam auctoritatem dijudicari, cum praesertim tam multas, ac diversas revelationes jaudentur. 3.) Exitisse omni aetate circumscriptorum, a quibus plebs nimis credula in errores inducta fuerit.

R. Ad 1um. Auctoritas divina aequa certitudinem metaphysicam parit (§. 18. log.), estque præterea multo accommodatio ad movendos animos, non rudium tantum, sed etiam sapientiorum, quibus omnem dubitationem, quam metaphysicæ demonstratio-nes saepe relinquent, admittit.

Ad 2um. Ratiocinios pauci, institutioni omnes apti sunt; omnes philosophiae operari dare nequeunt; omnes tamen officiis religiosis adstringuntur. Nonne consuetudo totius humani generis obtinet, ut pueri instituantur, veritatesque naturales ad religionem pertinentes doceantur? Quod si relinquenti sibi forent, dum adolescent, et ratiocinari condiscant, melior aetas pars absque Dei, religionisque notitia transiret, quod quidem impium educationis sistema Rousseauis propositum; sed fore, ut non tam homines, quam humana monstra hac ratione enutriantur, demonstravit Formeyus. Vide quoque la religion vengee. At dijudicanda est auctoritas, examinandas diversas revelationes? esto: examen istud difficilius est? minime: quibus enim? a rudibus? verum hi aequa ad ratiocinandum, quam ad discernendam auctoritatem inepti sunt, illorum sors præcipue pendet ab institutorum, quos nacti fuerint, sapientia, et probitate. An iis, qui medium sapientes inter, ac rudes locum tenent? hujus qui sunt generis, fore semper magis apti, et assuefacti sunt ad sana de factis, et narrationibus judicia ferenda, quam ad philosophicas ratiocinationes instituendas, qua in re ad quotidianam experientiam provocas. An sapientibus denique? istis utramque aequa facile esse deberet; quid tamen ex revelatione commodi nanciscantur, abunde ostendit.

Ad 3um. Ex eo, quod multi circumscriptors extiterint, sequitur

Solum, in alhibenda fide oportere esse cautum. Periculum istud non minus est in sola religione naturali; cum enim rudiis plebecula neque praecipua religione naturali capite detegere possit, etiam haec in re institutoribus eget, ac proinde eodem modo decipi aliquando poterit. Deinde unde illa propensio omnium hominum ad revelationem credendam? unde omnes legislatores religionem a Diis revelatam confinxerant? Nonne ex eodem fonte, ex quo illud sapientium desiderium profuit? Agnoverunt nempe infirmatatem religiosis naturalis, suamque indigentiam; utilitatem quoque, ac praestantiam revelationis.

DANTUR MYSTERIA.

CVI. *Dari possunt, et reapse dantur veritates, quae omnem humanae rationis vim exsuperant.* Veritates, quarum neque nexum cum aliis a nobis cognitis, neque convenientiam praedicati cum subiecto clare perspicimus, omnem humanae rationis vim exsuperant (*psych. §. 71.*), sed dari posse, quin re ipsa dari id genus veritatis certum est; nam de ente infinito, quod Deus est, infinitae propositiones cum veritate enunciari possunt, quas tamen ratio nostra angustis constricta limitibus nequamque comprehendit; igitur dari possunt, et reapse dantur veritates, quae omnem humanae rationis vim exsuperant.

Coroll. 1. *Quae rationi opponuntur, falsa sunt* (*psych. §. 72.*) ; igitur veritates, quae omnem humanae rationis vim exsuperant, id est, mysteria (*§. 104.*) contra rationem non sunt; sed omnino secundum, quanvis supra rationem (*conf. psych. §. 71.*).

Coroll. 2. *Contra rationem agit, qui quidam ut falsum rejecti, eo solum motivo impulsi, quod illud perspicere, ac comprehendere nequeat.*

Schol. Nimirum; ut ex rationis praescripto aliiquid falsum esse pronunciemus, satis non est, quod illius nexus cum veritatis cognitis, aut convenientiam praedicati cum subiecto non perverdeamus; sed omnino necesse est, ut ipsa praedicate cum subiecto, aut cum veritatis cognitis pugna menti nostrae clare relueat. Quantum inquietet puerulus ille, qui omnia in falsis habet, quae ab adulterioribus sibi dicuntur, quod ea non comprehendat? Quantum vir, qui veritates geometricas, quibus condiscendis nullam operam impendit, eadem de causa pertinaciter negaret? Quid, cæco illi faceremus, qui, quæ alii de lumine, ac coloribus docent, si aniles fabulas ridere, quod eorum ideaem conformare nequeat? Ecce autem infinito major est distanta inter rationem finitam, quæ nobis, et infinitam, quæ Deo competit. Quid, quod similius veritatum existimat ipsa experientia testatur? Admitte certe debent, etiam ab illis, qui solam religionem naturalem admittunt: quis enim aeternitatem, necessitatem, reliquorumque Dei attributorum concordiam comprehendit? Quis unquam, clare perfectissimam ejus libertatem cum immutabilitate, immensitatem cum simplicitate conci-

llavit? Et tamen haec naturalistis præcertissima esse debent. Praeclarum contra se ipsum Baylius testimonium dixit (*Oeuvr. de Bayle t. i. p. 113.*): *cum ipsi rationes docere existentiam cuiusdam entis aeterni, quod comprehendendi nequeat, evidenter colligitur dari res summae veritas, et reales, quae tamen a ratione nostra comprehendendi non possunt. Argue ideo omnia argumenta Societatis ab incomprehensibilitate mysteriorum dispensata nullum plane robur habent.* Sed detestanda homo inconstans est; in illustrationibus ad dictionario, ut saepe alias, perpicaciter contendit, omnia fidei mysteria contra rationem esse, eidemque et diametro opponi. Audi sophisma (*Illustr. 3.*): *vel ratio naturalis, aut dissolutae difficultates, quae ab adversariis contra mysteria obiciuntur, vel non: si solvit, mysteria sibi subiicit, quae proinde non sunt supra rationem; si non solvit, eadem rationi direcere opponitur.* Verum utramque consecratio falsa est; primum ratio eatusen difficultates mysteriorum opposita solvit, quatenus ostendit argumentationes adversariorum legitimas non esse; ab humanis ad divina argumentum non valere; contra veritatem testimonio divino confirmata nihil proferri posse, nisi quod inane, ac futile sit; nullam denique in mysterio ipsa contradictionem demonstrari posse; qui responsionum modi perspicue ostendunt rationem versari circa veritates, quae sub ipsis captum non cadunt. Deinde si difficultates eae non solvantur, id inde est, quia ratio nexus praedicati cum subiecto non perspicit; verum quis inde continuo pugnam cum ratione extundet?

QUAE REVELARI POSSUNT.

CVII. *Revelatio mysteriorum possibilis est.* Cum revelatio generaliter (*§. 103.*), et nominatim quoque revelatio veritatum naturalium possibilis sit (*§. 105.*), projecto fieri quoque poterit, ut veritates humanae rationis vim exsuperantes nobis revelentur, si modales veritates re ipsa dantur, earumque revelatio inutilis. Deoque indigna non sit; atque et ejusmodi veritates dantur (*§. præc.*), et earum revelatio inutilis non est; ea enim incognita adhuc Dei attributa; novasque, quas ad ipsum relationes habemus, manifestas; unde novorum officiorum obligatio exortur, qualia sunt, quæ Filio Redemptori, et Spiritui Sancti factori dehomini. Excitat præterea hominem novis ad pietatem stimulis, eumque, ac præcipue intellectum supernaturali lumine illustrando perficit; igitur revelatio mysteriorum possibilis est.

Schol. Potest nobis Deus ut naturæ auctor per rationem naturalem revelare veritates, quae, cum quod modum saltum obscuræ sint, comprehendendi a nobis nequeant, ut suam simplicitatem cum immensitate; poterit igitur etiam per revelationem nobis manifestare quadam veritates, quae in se nostræ rationis captum excidunt, ut *Unitatem naturæ cum personarum Trinitate.* Et quemadmodum in priori casu difficultatem immensitatem cum sim-

plicite conciliandi non in ipsam rei naturam, quasi non revera sit esse, sed in infirmatae nostrae limitatae rationis refundimus: ita et in posteriori opposito, quae inter naturam Unitatem, et personarum Trinitatem adesse videtur, non ipsi naturae rei, sed rationi nostrae, cuius vis, et efficacia eo non porrigitur, tribuenda est. Verum, auctor, Deus utique hominibus loquitur, ut intelligatur; igitur ea solum loqui potest, quae ipsi intelligent. Ita sane: sed Deus ita fere hominibus loquitur, cum mysterium revelat, ut nos caeco loquimur, cum et tabula planam, quamcum ipse planam esse tactu exploratur habet, offertes dicimus: *fore ut haec plana tabula ipsi cava, profundaque appareat, si visu polleret, et prata, silvas, rivos, aliisque in illa secundum opticas leges depicta consiperet;* hujusque rei fidem ab eo petimus. Satis nempe est, ut prium certo cognoscamus Deum loqui, vel locutum fuisse, id quod per examen motorum credibilitatis obtinemus: tum ut qualem nobiscumque conformemus ideo subiecti, ac praedicati, quorum deinde nexus, et convenientiam, etsi minime perspicuum, adesse tamen indubitate divina auctoritate moti colligimus; atque sic huic connexioni, non quidem *immediate*, seu in se, sed *mediate*, in testimonio nempe Dei, perceptae assensum praestamus: qualis assensus ad omnem fidem actum essentialiter requiritur (219. log.). Qui plus postulant, omnem fidem, non divinam modo, sed humanam eventur.

REVELATA CREDI DEBENT.

CIVII. *Mysterium a Deo revelatum firmissimam fidem metretur.* Mysterium a Deo revelatum constabiliter auctoritate, quae ob infinitum scientiam, ac veritatem fallere nullo pacto potest; atqui, quod ejusmodi est, firmissimam fidem metretur (§. 181. log.): ergo mysterium a Deo revelatum firmissimam fidem metretur.

Coroli. Ipsa igitur naturalis ratio postulat, ut revelatum a Deo mysteriis fides habeatur; proindeque fides mysteriorum ita cum ratione non pugnat, ut eidem quam maxime consentanea sit.

Schol. 1. Qui credere non vult, nisi quod infirma sua ratione comprehendit, ita secum velat ratiocinatur: credo, quod mihi Deus testatur, non tamen ideo, quia mihi Deus testatur, sed quia ratiōnis ope, et examinis philosophici, administered illud, quod Deus testatur, verum esse perspicio; non credo divinas auctoritatis, quae mihi istud verum esse testatur, sed credo evidentiae, quia illud, quod Deus testatur, praeditum est. Potest ne quidquam magis temerarium, a ratione absontum, et in divinam auctoritatem contumeliosum excoigitari? Taceo ipsius fidei naturam hoc ratione everti.

RESPONDENTIA CAVILLATIONIBUS.

Schol. 2. At vero credere mysteria, quae comprehendendi nequeunt, clamant plebeii philosophi, est destruere, et prope annihilare rationem; est illi lumen naturale, et quasi congenitum eripere, ejusque loco externum, et alienum substituere, non alter fere, ac si quis

sibi, quo melius, et clarius videat, oculos effoderet. Inanuit his clamoribus faciliis est respondere: rationi lumen, quo pollet, non eripimus; sed illis in rebus, in qui bus hoc lumen per se deficit, aliud ab auctoritate divina mutuatum substitutum, id que cum facimus, ipsius rationis ductus sequimur. Non igitur absque ratione credimus; sed credimus cum ratione illa, quae supra eas sunt. Nec Rousseauis quidquam promovet, cum ait (*Emile* t. 3. p. 139.) *Deus, quem ego adoro, non est: Deus tenebrarum: ille me non ita intelligentia instruxit, ut ejus tamen usum prohiberet, qui me rationem subiiciere jubet, ejus auctori in iuriam infert, itane? Inferente iuriam Deo, qui casco intellectum, et rationem concessit, cum ab eo positulo, ut huic enuntiacioni: *haec tabula plana visu pollutibus cava appareat;* assentiatur? numquid Deus, qui non est Deus tenebrarum, prohibet, ne caecus, quando intellegit, sui uti nequit, rei cuiquam ob auctoritatem file dignam assensum praestet? Quis causam reprehenderet, si ita secundum ratiocinatur: evidet, est omnes homines non simil ad me fallendum consipire: igitur verum est, quod omnes asserunt, sed omnes asserunt *hanc tabulam planam visu pollutibus cavae apparere;* ergo haec tabula plana visu pollutibus cava appareat? Cur igitur et mihi sic ratiocinari non licet? evidens est Deus infinita sapientia, et veracem me fallere non posse, ergo quod Deus dicit, verum est; sed Deus dicit hoc mysterium, e. g. *se esse unum in natura, trinum in personis* (*Dicitur* refut p. 1. lett. i. *Lettre d'une mere à son fils* t. 3. lett. 11. 17.); igitur hoc mysterium verum est, quamquam ego illud minime comprehendam? En quomodo ratione, quae Deus me instruxit, optime utar, eam tamen simil summae Dei auctoritati subjiciam. Hoc argumentum egregio pertractarunt, et Rousseauum refutauerunt tum Bergierius, tum auctor quidam recentissimus.*

DEUS POTEST LEGES POSITIVAS TERRE.

CIX. *Deus potest hominibus leges positivas imponere.* Ponamus id fieri non posse: erit illud, vel quod Deus sufficiente auctoritate destituitur, vel quod leges positivas hominibus utilles esse nequeunt; sed neutrum plausu cogitari potest: non illud; Deus enim summus est imperator, summamque in homines, quos ex nihilo effect, perpetuoque conservat, auctoritatem, et dominium obtinet; non hoc; possunt quippe leges positivas prescribendo ritus exteriores, quibus Deus et decenter, et uniformiter colatur; subtrahendo vitiorum occasiones; clare determinando medium reconciliationis; incitamento ad actus virtutum etiam heroicis suppeditando; excitando internos pietatis sensus; efficiendo, ut summa eius in nos auctoritas, et bonitas, ac vivissima nostra ab illo dependentia magis per picne patefachat, homines adjuvare, ut certius, et facilius ad propositum sibi beatitudinem, eamque etiam supernaturalem perveniant: potest itaque Deus hominibus leges positivas imponere.

Schol. Fuit certe haec opinio omnium illarum nationum, quae Religionem a Deis suis accepte gloriantur, quales omnes cultiores alia fuerunt; sed haec opinio eorum quaque, qui Religiones, legistatorum fraudibus, ac dolis confitit, ultra amplexi sunt; nisi enim communis haec fuisse persuasio, posse Deum hominibus leges positivas imponere, nunquam ea res successum habuissest. Quare communi cultissimam nationum, et sapientissimorum legislatorum sensu se naturalistas opponunt, cum constitutionem legum positivarum a Deo proficii posse impudenter negant.

RELIGIO REVELATA EST POSSIBILIS -- NOMINIBUS UTILISSIMA -- QUIN ET NECESSARIA -- ET A DIVINA BONITATE POSTULATUR -- AC PROINDE EXISTIT.

CX. Religio revelata possibilis est. Religio revelata in parte theo-retica mysteria, in practica positivis Dei leges complectitur (§. 93-sch.); sed et revelatio mysteriorum (§. 107.), et positivarum legum Iatio possibilis est (§. praece.). ergo religio revelata possibilis est.

Schol. Quod si religio revelata in tota sua amplitudine, quam hodie obicit, consideretur, clarum est, etiam veritatum naturalium revelationem ad eam pertinere; verum et hanc possibilem esse docet (§. 105.).

CXI. Religio revelata ad Deum rite colendum, et ad finem consequendum hominibus utilissima est. Patet istud prius ex §§. 105., 107., 109. Deinde in religione revelata humanae rationis infirmitas per lumen supernaturale revelationis sublevatur, ac veluti intellectu creato divinis substitutur. Inde certissimi redditum de attributis Dei, tum illis, quae a ratione naturali attingi possunt; tum illis, quae illis caput extinxerunt, atque de obligacionibus ex hac cognitione enascentibus. His porro obligationibus supernaturalium gratiarum auxilio excitati, et adjicii facilis satisfactionis, utentesque manifesto delicta expandi remedio, admissorum venient obtinuerunt: religio itaque revelata et ad Deum rite coleendum, et ad finem consequendum hominibus utilissima est.

Coroll. Religio itaque revelata si non ea supplet, quae religioni naturali desunt.

CXII. Religio revelata ad Deum rite colendum, et ad finem consequendum hominibus necessaria est. Cum enim religio naturalis de se istima, ac incompleta sit (§. 101.); illud profecto hominibus ad Deum rite colendum, et ad finem consequendum necessarium est, quod eam infirmitatem, ac defectum supplet; sed et religio revelata praestat (§. praece. cor.); ergo religio revelata ad Deum rite colendum, et ad finem consequendum hominibus necessaria est.

Coroll. Ioannis igitur Rousseau haec de dubitatione est (*Emile t. 3. p. 121.*) ; aut quippe: *il est bien étrange, qu'il en faille une au-
tre; par où cohoitrait-il cette nécessité?*

CXIII. Divina bonitas, ac providentia postulat, ut Deus hominibus Religionem aliquam revelet. Divina bonitas, ac providentia postulat, ut Deus hominibus conditis Religionem naturalem per ra-

tionem promulgandam constituat (§§. 90. 94.); igitur eadem quoque fleetiones postulanti, ut Deus ea Religionem perficiat, ad talique, quae ipsi in se spectatae desunt; atque istud per Religionem revelatam obtainitur (§. i. 1. cor.); ergo divina bonitas, ac providentia postulat, ut Deus hominibus aliquam Religionem revelet.

CXIV. Religio revelata existit. Est nimurum religio revelata im-primitis possibilis (§. 110.), tum hominibus ad Deum rite colendum, et ad consequendum finem non modo utilissima (§. 111.), verum etiam necessaria (§. 112.); sedem a divina bonitate, et providentia exigitur (§. praece.); sed haec omnia argumento efficacissimo sunt extare Religionem revelatam; igitur religio revelata omnino extat.

Schol. Ita existentia Religionis revelata a priori evincitur; idem a posteriori obicitur, cum veritas Religionis Christianae demon-stratur, ut deinceps videbimus. Porro ex his, quae adhuc copiose allata sunt, perspicuum sit, quemvis qui infirmitatem Religionis naturalis ex una parte, ex altera vero revelatae utilitatem, ac praestantiam attentio, et vacuo, a praecidicis animo expendit, ab ipsa, et sola ratione naturali admoneti, ut sibi firmissime persuadeat aliquam Religionem revelatam extare, vel saltem, si hoc nimum cuiquam videatur, quamquam non est, probabilissimum de eius existentia opinionem concipiatis: nullo enim in his demonstrandis opus sum, nisi quod vel ratione, vel certissima experientia clare cognoscitur. Atque haec omnino videatur ratio fuisse, cur omnes olim cultiores nationes religione suam a diis sibi tradidit jactaverint: philosophorum autem sapientissimi magistrum e coelo mittendum, a quo homines singula cultus divisi officia ac-mendantes edocerant, et optaverint, et speraverint.

QUT SUSPICITUR RELIGIONEM REVELATAM EXTARE, INVESTIGARE TENETUR.

CXV. Quovis, cui ratio dubium moverit, utrum non extet quoedam Religionem revelata, obligatione gravissima in eadem ratione fundata obstringitur maxima cura, ac sollicitudine investigandi, ubi, et quae sit illa Religionem revelata. Quis obligatione gravissima in ratione fundata obstringitur ponendi omnia ea, quae ad obligationem aliam notam perfecte implendam necessaria sunt; sed ad obligationem Deum rite colendi, quae nota est (§. 90.); perfecte implendam necessarium est, ut ille, cui ratio dubium moveat, utrum non extet quadam Religionem revelata, maxima cura et sollicitudine investiget, ubi, et quae sit illa Religionem revelata; certissimum quippe est in Religione revelata, siqua extet, modum optimum, Deoque maxime placenter, quo ipsa rite colatur, contineri: ergo quibus, cui ratio dubium moverit, utrum non extet quadam Religionem revelata, obligatione gravissima in eadem ratione fundata obstringitur maxima cura, ac sollicitudine investigandi, ubi, et quae sit illa Religionem revelata.

Coroll. 1. Contra ipsum itaque rationem, ac in certam juris naturae legem peccat, qui exerto tali dubio hanc inquisitionem negligit;

meritoque deinde haec Religionis revelatae ignorantia, utpote merita libera, gravissimis a Deo penitis plectenda foret.
Coroll. 2. Ex eodem porro fonte, ex quo gravissima obligatio investigandi Religionem revelatam fluit, enascerit per obligatio repetita quoad omnia capita amplectendi, nisi ipsa contrarium clare doceat.

Schol. Illud olim in Religione a Deo per Moysen tradita locum habuit; ea enim quoad totam legum complexionem ex Israels semine oriundos duntaxat obligavit; reliqua libera facta est potesta, ut se populo Dei adjungenter, vel non; quo tamen easu ad ea observanda adstringebantur, quae primo jam parent, tum Noachio a Deo revelata, ac per traditionem in posteros propagata, denique in lege Mosaica instaurata fuerunt. At vero non ita se res habet in Religione Christiana, cuius veritatem mox demonstratum ibo: ipsa perspicie docet unam se esse, quae omnibus ad salutem necessaria sit; ipsa sempiternas ministras poenas illis quoque, qui vel unum fidei, aut morum caput scienter contempserint. Quare quisque in Religione Christiana notitiam venit, continuo ipso natura jure obstringitur, ut non modo motiva credibilitatis et investit, et soria mente expendat; verum ut solleter examine instituto eamdem integrante amplectatur; cumque negotium istud gravissimum sit, summique momenti, utpote a quo et cultus infusa Majestati debitus, et sua cuiusvis salus aeterna penderit, diligenter ea maxima sit, quae inter homines esse potest, opereit: nam certe ratio naturalis posulat, et ea eura, quam prudenter humana in aliis gravioribus negotiis adhiberi jubet, istud Religionis negotium tractetur. Haec porro cum ita sint, jam res ipsa poscit, ut ratione donec demonstretur Religionem revelatam, quam extare certum est (§. 114.), aliam non esse, quam Christianam, verum argumentum istud, cum amplissimum sit, hoc loco pro dignitate sua pertinaciter nequit: prima solum principia adducam, quae tamen ejusmodi sint, ut his rite perspectis facile quisivis protervi naturalistarum cavillationibus occurrere possit. Qui plura desiderat, audeat excellentissima opera, quae in verae Religionis defensionem concinnantur Clarkius *traité de l'existence, et des attributs du Dieu etc.*, Buffierius *exposition des preuves de la Religion*; Fenelonius *Réflexion sur le culte de Dieu, et sur l'immortalité de l'âme*, Tricalletus *motifs de crédibilité etc.*, Hugo Grotius *de veritate Religionis Christianae*, Abbadius *traité de la vérité de la Religion Chrétienne*, Houtteville *la Religion Chrétienne prouvée par les faits*, Beausobre *sermons sur la résurrection de Lazare*, Dittomus *la Religion Chrétienne démontrée par la Résurrection de N. S. J. Chr.*, Huetius *demonstratio evangelica*, Lefevrius *la seule religion véritable etc.*, Bossuetus *discours sur l'histoire universelle p.2.*, Forsterus *de veritate religionis*, Gilbertus Brunetus *défense de la religion etc.*, Vernetus *traité de la vérité de la Religion Chrétienne*, et innumeri alii viri clarissimi,

C A P U T IV.

De Religione Christiana.

Q U O D R E L I G I O C H R I S T I A N A ?

CXVI. *Religio Christiana ea dicitur, quae a Jesu Christo promulgata est, cujusque dogmata, ac praeceptiones in libris novi foederalis potissimum comprehenduntur.*

OMNES RELIGIONES NOBIS USITATAS NEQUEUNT ESSERE VERAE.

CXVII. *Omnes Religiones, quae hodie in orbe videntur, non possunt simul esse verae.* Religiones, quae pugnantia inter se docent, non possunt simul esse verae (§. 156. schol. 1. 3. log.); sed omnes religiones, quae hodie in orbe videntur, pugnantia inter se docent: ergo omnes religiones, quae hodie in orbe videntur, simul verae esse nequeunt.

Schol. Omnes nimur religiones hac aetate in orbe usitatae ad has quatuor revocantur, paganismum, mahometanismum, judaismum, Christianismum. Paganismus, cum plures deos constituat, fundamento absurdissimo nascitur, et vel ideo ceteris omnibus, quae unitatem Dei defendent, opponitur. Mahometanismus contra christianos Christi divinitatem negat; magnam tamen fuisse, sanctumque prophetam contra iudeos docet: est praeterea ab homine propagatissimam vitia conditus, et armornae violentiae propagatus; sciat ridiculus fabellis, merumque chaos est ex tribus reliquis confutat; probat turpisissima contra naturam sceleria, ac suis non aliud in paradise praemium promittit, quam quod in corporeis voluptatibus consistat, siue foedissimae morum licentiae portantissimam aperit. Iudaismus totus adhuc est in expectando Messia, quem tamen priudem advenisse Lex Christiana contendit ex ipsis cumprimitiis iudeorum prophetis, quas, etsi fortasse temporum ratio accurate subducet non posset, nunc saltem elapsis tot saeculis jam implatas fuisse certo constat. Deinde ut hodie constituti, aliibus fabulis a Talmudistis, aliquique Rabbinis assutis ita depravatus est, ut vix umbram sanctissimae Legis a Deo olim per Moysen traditae referat. Patet itaque omnes religiones totius orbis, quae a suis sequacibus revelatae esse dicuntur, in primis suis dogmatibus inter se pugnare, et christianismum ceteris omnibus contradicere.

UNA TAMEN CERTO VERA EST.

CXVIII. *Una tamen ex his, sed una tantum vera, et revelata religio est.* Imprimis religio quaequam revelata extat (§. 114.): ergo necesse est, ut una ex his quatuor in orbe usitatis, quae revelatae putantur, vera sit, et revelata. Deinde quaevis harum religionum omnes reliquias confundat: igitur solum una ex illis vera, et revelata esse potest; quemadmodum enim pugnantia simul vera esse nequeunt: ita